

Nec hic Labor Fænore' Quietis orbatur.  
Zeidlerus anagrammaticus est mihi Testis,  
Qui velitari Mortuos quiescentes  
Propheticiis Cameris resuscitat Nisu.  
O ! faxit Heros Ille, qui foribus arctis  
Auxia refecit Corda Pace Paschali,  
Beatque nunc adhuc Quietè Credentes,  
Ut Zelus hic Sacer coronet Autorem,  
Et Fronte Menteque undiquaque tranquilla!

Quod auguratur o m s d a  
M. CHRISTOPHORUS Klesch P. L. C.  
ad D. Gregor. alias Mercator. Pastor. Erfurt.

TE studiis semper summo, ZEIDLERE, labore  
Omnis habet TIBI nunc incubuisse fidem,  
Dum Cathedram scandens speciem præstabile ponis,  
Ac altercando verba diserta refers.  
Hinc precor, ut pergas, quo tandem magnus Apollo  
Dulcis amice TIBI, laurea signa donet.

Sic Dn. Christiano Zeidlero, amico suo di-  
lecto adplaudebat

G. S. P. C.

Fortiter hac cum Respondens doctissime, Zeidler,  
Theologum scandis pulpita celsa, precors;  
Ex votô cedat labor, inveniatque Patronos  
Permultos, tandem & præmia certaferat!

Amico suo estimatissimo, Auctori hujus Disputatio-  
nis certissimo de egregia eruditionis suæ specim-  
mine boni omnis ergo gratulabatur.

JOHANNES CHRISTOPHORUS Gebhardi,  
Lobensteinio Variscus, ad D. Thom. R. Erfurti.

F I N I S.

Coll. diss. A. 143, 33